Lectura super epistolam ad Colossenses

Prooemium

Protegebat castra gladio suo, etc. I *Mach. c. III, 3.*

1. – Haec verba congruunt materiae huius epistolae ad Colossenses, quia totus status huius vitae est in pugnatione militantium, quorum habitacula castra dicuntur. *Iob* VII, v. 1: "Militia est vita hominis super terram." Ideo habitacula fidelium nomine castrorum figurantur. Unde ecclesia similitudinem habet castrorum. *Gen*. XXXII,2: "Castra Dei sunt haec." Haec castra tripliciter impugnantur.

[1] A quibusdam quasi obsidentibus, qui manifeste se erigunt contra Ecclesiam. *Apoc*. XX,8: "Ascenderunt super latitudinem terrae, et circuierunt castra sanctorum et civitatem dilectam."

[2] Ab aliis latenter decipitur, sicut ab haereticis. *Rom*. [XVI,18]: "Per dulces sermones et benedictiones seducunt corda hominum", etc. II *Tim*. III,13: "Mali autem homines et seductores proficient in peius, errantes et in errorem mittentes."

[3] A quibusdam, scilicet domesticis, per diversas corruptelas peccatorum quae sunt ex corruptione carnis. *Gal*. V,17: "Caro concupiscit adversus spiritum, et spiritus adversus carnem." *Eph*. ult. [VI,12]: "Non est nobis colluctatio adversus carnem et sanguinem, sed adversus principes", etc.

Praelati Ecclesiae sunt duces, *Ps*. LXVII,28: "Principes Iuda duces eorum", ad quorum officium pertinet contra omnia praedicta castra Ecclesiae munire.

[3] Contra peccata quidem, per exhortationes. *Is*. LVIII,1: "Annuntia populo meo scelera eorum, et domui Iacob peccata eorum."

Lesung über den Brief an die Kolosser

Vorrede

Er verteidigte das Lager mit seinem Schwert (1 Makk 3,3)

1. - Diese Worte entsprechen dem Inhalt dieses Briefes an die Kolosser, denn das gesamte gegenwärtige Leben ist wie ein Kampf von Soldaten, deren Wohnstätten „Lager" genannt werden: „Kriegsdienst ist das Leben des Menschen auf Erden" (*Ij* 7,1). Und so wird die Wohnstätte der Gläubigen mit dem Namen „Lager" versinnbildlicht. Daher hat die Kirche Ähnlichkeit mit einem Lager: „Dies ist das [Heer-] Lager Gottes" (*Gen* 32,2). Dieses Lager wird auf dreierlei Weise angegriffen.

[1] Von einigen, die es gewissermaßen belagern, indem sie sich offen gegen die Kirche erheben: „Sie zogen herauf über die weite Erde und umzingelten die Lager der Heiligen und die geliebte Stadt" (*Offb* 20,9).

[2] Von anderen, die sie im Geheimen unterwandern, wie den Irrlehrern: „Mit schmeichelhaften Worten und guten Reden verführen sie die Herzen der Menschen" (*Röm* 16,18). „Böse Menschen aber und Betrüger werden immer schlimmer werden, sie irren und verführen zum Irrtum" (2 *Tim* 3,13).

[3] Von anderen, nämlich den eigenen Hausgenossen, durch verschiedene Verderbnisse der Sünden, die der Verderbnis des Fleisches entstammen: „Das Fleisch begehrt gegen den Geist auf, und der Geist gegen das Fleisch" (*Gal* 5,17). „Denn uns ist kein Kampf aufgegeben gegen Fleisch und Blut, sondern gegen die Fürstentümer [gegen die Mächte, gegen die Weltbeherrscher der gegenwärtigen Finsternis]" usw. (*Eph* 6,12).

Die Vorsteher [aber] sind [in diesem Kampf] Führer: „Die Fürsten von Juda sind ihre Führer" (*Ps* 68,27). Es ist ihre Aufgabe, die Lager der Kirche gegen alles Vorgenannte zu schützen.

[3] Gegen die Sünden durch Ermahnungen: „Mache meinem Volk seine Übertretungen bekannt, dem Haus Jakob seine Sünden" (*Jes* 58,1).

[2] Contra haereticos, per sanam doctrinam. I *Tim*. I [Tit I,9]: "Amplectentem eum, qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem", etc.

[1] Contra persecutores, exemplo, scilicet patienter tolerando.

Sic Paulus protexit gladio spirituali, quia in suis epistolis [3] corripiebat peccata, [2] confutabat haereses, [1] animabat ad patientiam.

[3] De primo, *Eph*. V,3: "Fornicatio autem et omnis immunditia aut avaritia nec nominetur in vobis", etc.

[2] De secundo, *Tit*. III,10: "Haereticum hominem post primam et secundam correptionem devita", etc.

[1] De tertio, II *Cor*. XI per totum patet quomodo animabat ad patientiam.

2. – Et sic tanguntur duo in verbis propositis,

[1] scilicet Ecclesiae status, cum dicitur castra,

[2] et Apostoli studium, ibi "Protexit".

[1] In castris autem debet esse

[1.1] sollicitudo ad mala vitanda. *Deut*. XXIII,14: "Ut sint castra tua sancta, et nihil in eis appareat foeditatis."

[1.2] Item ordo ad ducem et ad se. *Cant*. c. VII,1: "Quid videbis in Sulamite, nisi choros castrorum?" *Gen*. XXXII, 2: "Castra Dei sunt haec."

[1.3] Item terror ad hostes. *Cant*. VI, v. 3: "Terribilis ut castrorum acies ordinata."

Sed Apostolus circa protectionem erat sollicitus tamquam pastor, cuius est

[2.1] dirigere oves diligenter ne errent. *Io*. X,4: "Ante eas vadit", etc. Et sic Apostolus faciebat. *Phil*. III [I *Cor*. IV,16]: "Imitatores mei estote, sicut et ego Christi."

[2.2] Item pascere abundanter, ne deficiant. I *Petr*. V,2: "Pascite, qui in vobis est, Domini gregem", etc.

[2] Gegen die Irrlehrer durch die gesunde Lehre: „[Er muß ein Mann sein,] der an verläßlicher Rede festhält, die der Lehre entspricht" usw.

[1] Gegen die Verfolger durch das Beispiel, nämlich indem sie geduldig leiden.

Auf diese Weise hat Paulus [die Kirche] mit seinem geistlichen Schwert verteidigt, denn in seinen Briefen [3] tadelte er die Sünden, [2] widerlegte die Irrlehren und [1] ermutigte zur Geduld.

[3] Zum ersten heißt es in *Eph* 5,3: „Unzucht aber und jede Unreinheit oder Habsucht darf unter euch noch nicht einmal genannt werden" usw.

[2] Zum zweiten heißt es in *Tit* 3,10: „Einen Menschen, der Irrlehren vertritt, meide, nachdem du ihn ein- oder zweimal zurechtgewiesen hast."

[1] Zum ersten zeigt 2 *Kor* 11 im ganzen, wie er sie zur Geduld ermutigt.

2. – Und so wird in den vorangestellten Worten zweierlei angesprochen,

[1] nämlich der Zustand der Kirche, wenn es heißt „Lager",

[2] und der Eifer des Apostels, wenn es heißt: „Er verteidigte".

[1] In einem Lager aber muß vorhanden sein

[1.1] Wachsamkeit, um das Böse zu meiden: „Auf daß deine Lager heilig seien und in ihnen nichts Abscheuliches sichtbar werde" (*Dtn* 23,14);

[1.2] ebenso Ordnung im Hinblick auf den Führer wie im Hinblick auf sich selbst: „Was wirst du in Sulamit sehen, außer die Reigen der [Heer-] Lager?" (*Hld* 7,1). „Dies sind die Lager Gottes" (*Gen* 32,21).

[1.3] Ebenso Bedrohung für den Feind: „Furchteinflößend wie die geordnete Schlachtreihe eines [Heer-] Lagers".

[2] Der Apostel aber war zur Verteidigung wachsam wie ein Hirte, dessen Aufgabe es ist,

[2.1] die Schafe sorgfältig zu leiten, damit sie nicht in die Irre gehen. „Er geht vor ihnen her [und die Schafe folgen ihm]" (*Joh* 10,4). Und so tat es der Apostel: „Ahmt mich nach, wie auch ich Christus nachgeahmt habe" (1 *Kor* 4,16).

[2.2] Ebenso [ist es Aufgabe des Hirten, die Herde] im Überfluß zu weiden, damit sie nicht schwindet: „Hütet die Herde Gottes, die euch anvertraut ist" (1 *Petr* 5,2).

Et sic Apostolus faciebat. I *Cor*. I,2: "Tamquam parvulis lac dedi vobis."

[2.3] Item defendere potenter, ne pereant. *Eccli*. c. VII,6: "Noli velle fieri iudex, nisi valeas virtute irrumpere iniquitates." I *Reg*. XVII,34: "Pascebat servus tuus patris sui gregem, et veniebat leo, vel ursus", etc.

[3] Et ideo dicit, quod Apostolus "protegebat castra", id est Ecclesiam Dei, "gladio", quod est verbum Dei, ut dicitur *Eph*. VI [*Hebr* IV,12]: "Vivus est enim sermo Dei et efficax et penetrabilior omni gladio ancipiti", etc.

Sic ergo materia huius epistolae est haec.

[a] Quia in epistola ad Ephesios ostendit modum ecclesiasticae unitatis;

[b] in epistola ad Philippenses ostendit eius profectum et conservationem;

[c] in hac autem agit de eius conservatione contra haereticos, qui depravaverant eos seducendo, etc.

(Lateinischer Text: corpusthomisticum.org)

Und so tat es der Apostel: „Wie kleinen Kindern habe ich euch Milch gegeben" (1 *Kor* 3,2).

[2.3] Ebenso [ist es Aufgabe des Hirten, die Herde] kraftvoll zu verteidigen: „Trachte nicht danach, Richter zu werden, damit du nicht imstande bist, Ungerechtigkeiten zu beseitigen" (*Sir* 7,6). „Dein Knecht hütete seinem Vater die Schafe; und wenn ein Löwe oder ein Bär kam [und ein Lamm aus der Herde riß, ging ich ihm nach und befreite es aus seinem Maul]" (1 *Sam* 17,34).

[3] Und daher heißt es, daß der Apostel „das Lager", das heißt die Kirche Gottes, „mit dem Schwert", das das Wort Gottes ist, „verteidigte", wie es in *Hebr* 4,12 heißt: „Lebendig ist nämlich die Rede Gottes und wirksam und schärfer als jedes zweischneidige Schwert."

Dies also ist der Inhalt dieses Briefes.

[a] Denn im Brief an die Epheser zeigt er die Art und Weise der kirchlichen Einheit,

[b] im Brief an die Philipper zeigt er ihr Wachstum und ihre Bewahrung,

[c] in diesem Brief aber handelt er von ihrer Bewahrung gegen die Irrlehrer, die sie [die Kolosser] verdorben haben und in die Irre führten.

(Deutsche Übersetzung: Hanns-Gregor Nissing)